

Si noſcatur volumus qd. predicta Civitas ſub Do-
minio Imperij perpetuo teneatur, ita qd. uenditione
permutatione, infeodacione uel quouis alio alienationis
modo, ab Imperij poteſtate et ſominio, nullatenus ſub-
trahatur. Item cum ſecundum ſanciones legitimas
a iuris exercitiis et proſecutione Perſone quedam tam-
quam indigne et inabiles tantummodo excludantur volu-
mus, ut prefati Cives Auguſten, qui diſcreti pro-
bantur, et idonei tamquam alij fideles et Mini-
ſteriales. Regni in quouis Conſiſtorio iuriſdictionis
ſemperalis ualeant ſententias ſiue ius dicere cum
alijs Nobilibus et vaſallis contradiccionem quorum-
libet non obſtante. Ad hec volumus et ſtatu-
mus, quod nullus, cuiuscumqz preeminencie, conditio-
nis, uel Status ſuit, Res ipſorum naufragas, uel
de incendio, ſeu ruina euasas inuadere, raptare,
uel aliter ſibi uſurpare preſumat ſicut in-
ſamie perpetue notam et proſcriptionis Im-
perialis mucronem uoluerit euitare. conſuetudine
que grantrur dicitur, uel quacumqz alia non ob-
ſtante. Addentes ad hec gratiam gratis ſupra-
dictis, omnia priuilegia, ſeu libertates et gratias
a diuis Imperatoribus et Regibus Romanis pre-
deceſſoribus noſtris Illuſtribus ſub quacumqz for-
ma uerborum ipsis conceſſas, ac ſi de uerbo
ad uerbum preſentibus eſſent. include, et con-
ſuetudines laudabiles ipſius Civitatis pro com-
muni utilitate, ac tenus obſeruatias auctori-
tate Regia, et ea certa ſcientia confirma-
mus. Nulli ergo hominum omnino liceat,
hanc noſtre conceſſionis, donationis approbatio-
nis, et confirmationis paginam infringere, uel
ei